Biblia latina
[Strassburg: Johann (Reinhard) Grüninger], 1483 Seite 66



terentur egyptum: ſed circumduxit per
viam deſerti: que eſt iuxta mare rubrū.
Et armati aſcenderunt filij iſrael de ter
ra egypti. Tulit quoqꝫ moyſes oſſa io-
ſeph ſecum: eo ꝙ adiuraſſet filios iſrael
dicens: Viſitabit vos deus: efferte oſſa
mea hic vobiſcū. Profectiqꝫ de ſochot
caſtrametati ſunt in ethā: in extremis fi
nibus ſolitudinis. Dn̄s autē precede-
bat eos: ad oſtendendā viā per diē in
colūna nubiſ: ⁊ per noctē ī colūna igniſ
vt dux eſſet itineris vtroqꝫ tp̄e. Nunq̄
defuit colūna nubis per diem. nec colū
na ignis per noctē corā populo.

CXIIII.

Dixit⁹ ē autē dominꝰ ad moy
ſen dicens: Loquere filijs iſra
el. Reuerſi caſtrametent̄ e re-
gione phiairoth: que eſt inter magda-
lum ⁊ mare contra beelſephon: In con
ſpectu eius caſtra ponetis ſuper mare.
Dicturuſqꝫ eſt pharao ſuper filijs iſra
el Coartati ſunt in terra. concluſit eos
deſertum. Et indurabo cor eius. ac per-
ſequetur vos ⁊ glorificabor in pharao-
ne. ⁊ in omni exercitu eius: ſcientqꝫ egy
ptij. qꝛ ego ſum dn̄s. Fecerūtqꝫ ita. Et
nunciatū eſt regi egyptiorū: ꝙ fugiſſet
populus. Immutatūqꝫ eſt cor pharao-
nis ⁊ ſeruorū eius ſuper populū. ⁊ dixe
runt: Quid voluimꝰ facere vt dimitte
remus iſrael ne ſeruiret nobis? Iunxit
ergo currū ⁊ omnē populū ſuū aſſum
pſit ſecū. Tulitqꝫ ſexcētos currꝰ electos
⁊ quicquid ī egipto currū fuit: ⁊ duceſ
totius exercitus. Indurauitqꝫ dn̄s cor
pharaonis regis egypti. ⁊ ꝑſecutꝰ eſt fi
lios iſrael. At illi egreſſi erant in manu
excelſa. Cūqꝫ ꝑſequerent̄ egypti veſti
gia ꝑcedētiū: repperunt eos in caſtris
ſup mare. Omniſqꝫ equitatꝰ ⁊ currꝰ phara
onis ⁊ vniuerſus exercitꝰ erāt in phiai-
roth cōtra beelſephon. Cūqꝫ appropin
quaſſet pharao. leuātes filij iſrael ocu-
los. viderūt egyptios poſt ſe: ⁊ timuerūt
valde. Clamaueruntqꝫ ad dn̄m. ⁊ dixe-
runt ad moyſen: Forſitan non erant ſe-
pulchra in egypto: ideo tuliſti nos vt
moreremur in ſolitudine. Quid hoc fa
cere voluiſti. vt educeres nos ex egypto
Nōne iſte eſt ſermo quē loquebamur
ad te in egypto. dicentes: recede a nobiſ
vt ſeruiamus egyptijs? Multo enī me
lius erat ſeruire eis: q̄ȝ mori in ſolitudi
ne. Et ait moyſes ad populū: Nolite ti
mere. State ⁊ videte magnalia domi-
ni que facturus eſt hodie. Egyptios .n.
quos nunc videtis. nequaq̄ vltra vide
bitis vſqꝫ in ſempiternū. Dominꝰ pu-
gnabit pro vobis: ⁊ vos tacebitis. Di-
xitqꝫ dominus ad moyſen: Quid cla-
mas ad me? Loquere filijs iſrael vt ꝓfi
ciſcantur. Tu autem eleua virgam tuā
⁊ extende manum tuā ſuper mare et di-
uide illud: vt gradiantur filij iſrael ī me
dio mari per ſiccum. Ego autem indu-
rabo cor egyptiorum vt perſequantur
vos: ⁊ glorificabor in pharaone ⁊ in oī
exercitu eius ⁊ in curribus ⁊ in equiti-
bus illius. Et ſciēt egyptij quia ego ſū
dominus: cum glorificatus fuero ī pha
raone. ⁊ in curribus atqꝫ in equitibꝰ e-
ius. Tollenſqꝫ ſe angeluſ domini qui ꝓ
cedebat caſtra iſrael. abijt poſt eos: ⁊ cū
eo pariter columna nubis priora dimit
tens. poſt tergū ſtetit inter caſtra egyp-
tiorū ⁊ caſtra iſrael. Et erat nubes tene-
broſa ⁊ illuminās noctē: ita vt ad ſe in-
uicem toto noctis tp̄e accedere nō vale-
rēt. Cūqꝫ extēdiſſet moyſes manū ſuꝑ
mare. abſtulit illud dominus flante vē
to vehemēti ⁊ vrente tota nocte ⁊ ver-
tit in ſiccū. Diuiſaqꝫ eſt aqua: ⁊ ingreſ-
ſi ſunt filij iſrael per mediū ſicci maris.
Erat enī aqua quaſi murus a dextra eo
rū ⁊ leua. Perſequēteſqꝫ egyptij ingreſ
ſi ſunt poſt eos: ⁊ omnis equitatꝰ pha-
raonis. currus eius ⁊ equites ꝑ mediū
maris. Iāqꝫ aduenerat vigilia matuti-
na: ⁊ ecce reſpiciens dn̄s ſuꝑ caſtra egy-



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0063
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG